

breviter dici potest. Ego p omnia illa memini. ego intelligo. ego diligo. qui nec memoria sum nec intelligentia. nec dilectio. sed hec habeo. **I**sta ergo dici possunt ab vna persona que habet hec tria. non ipsa est hec tria. Illius vero summe simplicitate nature que de<sup>2</sup> e. quāuis vnus sit deus. tres tamen persone sunt. pater et filius et spiritus sanctus. aliud e itaq; trinitas res ipsa. aliud imago trinitatis in re alia. propter quā imaginē simul et illud in quo sunt hec tria imago dicitur. sicut imago dicitur simul et tabula. et qd in ea pictū est. sed propter picturam que in ea est. simul et tabula et tabula nomine imaginis appellatur. ¶

**Capitulum xxiiij**

**A**erum in illa summa trinitate q̄ incompatibiliter rebus omnibus antecellit tanta est inseparabilitas. vt cum trinitas hominū non possit dici vnus homo. in illa vnus deus et dicatur et sit. nec in vno deo sit illa trinitas. sed vnus deus. **N**ec rursus quem admodū ista imago q̄ est homo habēs illa tria. vna persona e. ita est trinitas. sed tres persone sunt. pater filij. et filius patris. et spirit<sup>2</sup> p̄ris et filij. **Q**uāuis enim memoria hoīs et maxime illa quā pecora non habent. id est qua res intelligibiles ita continentur. vt nō in eam per sensus corporis venerint. habeat pro modulo suo in hac imagine trinitatis incompatibiliter quidem imparem. sed tamen qualēcunq; similitudinē patris. neq; intelligentia hominis que p̄ intentionē cogitationis inde formatur. quando qd̄ scitur dicitur. et nullius lingue cordis verbū est. habeat in sua disparitate nonnullā similitudinē filij. et amor hominis de scientia procedēs. et memoriā intelligētīāq; coniungens. tanq̄ parenti proliq; cōmūnis. vñ nec parens intelligitur esse. nec proles habeat in hac imagine aliquā licet valde

iparem similitudinē spiritus sancti. nō tamen sicut i ista imagine trinitatis. nō hec tria vnus homo. sed vnus hominis sunt. ita i ipsa sūma trinitate cuius hec imago est. vnus dei sunt illa tria. sed vnus deus est. et tres sunt ille non vna persona. **Q**d sane mirabiliter ineffabile est. vel ineffabiliter mirabile cum sit vna persona hec imago trinitatis. ipsa vero summa trinitas tres persone sunt. inseparabilior est illa trinitas personarū trium. q̄ hec vnus. **I**lla quippe in natura diuinitatis siue id melius dicatur deitatis. qd̄ est. hoc est atq; incommutabiliter inter se ac semp equalis est. **N**ec aliquādo non fuit. non aliter fuit. nec aliquādo non erit. aut aliter erit. **I**sta vero tria que sunt i ipari imagine. et si non locis qm̄ non sunt corpora. tamen inter se nunc in ista vita magnitudinib<sup>2</sup> separantur. **N**eq; em̄ quia moles nulle ibi sunt. ideo non videmus in alio maiorem esse memoriā q̄ intelligentiā. **I**n alio autē econtra. in alio duo hec amoris magnitudinē superari. siue sint ipsa duo inter se equalia siue non sint. atq; ita a singul<sup>2</sup> bina. et a binis singula. et a singulis singula. maioribus minorā vincuntur. et quādo inter se equalia fuerint ab omni languore sanata. nec tunc equaliter rei natura imutabili. ea res q̄ per gratiam non mutabitur. q̄ nō equatur creatura creatori. et quando ab oī languore sanabitur mutabitur. **S**ed hāc non solum incorporale verūetiā summe inseparabilez vereq; imutabile trinitatē. cum venerit visio que facie ad facie re promittitur nobis multo clarius certiusq; videbim<sup>2</sup> q̄ nunc ei<sup>2</sup> imaginē. qd̄ nos sumus. per qd̄ tamen speculum et i quo enigmate qui vident sicut in hac vita videre concessum est. non illi sunt qui ea que digessimus et commendauimus in sua mente conspiciūt. s; illi qui eam tanq̄ imaginem vident. vt possint ad eum cuius imago est quomodocūq; referre qd̄ vident. et per imaginē quā